

LIBER

Locorum, qui sunt salubres aut pestilentes, aquarūq;
 usus. Sine his enim rationibus nulla salubris habita
 tio fieri potest. Iura quoq; nota habeat oportet ea,
 quæ necessaria sunt ædificiis communibus parietū,
 ad ambitum stillicidiorum & cloacarum & luminū.
 Item aquarū ductiones & cetera quæ eiusmodi sunt,
 nota oportet sint architectis, uti ante caueant, q̄ insti
 tuant ædificia, ne controuersis, factis operibus, pa
 rietibus familiarum relinquuntur, & ut legibus scri
 bendis prudentia caueri possit & locatori & condu
 ctori. Namq; si lex perite fuerit scripta, erit ut sine
 captione uterque ab utroq; liberetur. Ex astrologia
 autem cognoscatur oriens, occidens, meridies, septen
 trio, & cæli ratio, æquinoctium, solstitium, astrorum
 cursus, quorum noticiam si quis non habuerit, horolo
 giorum rationem omnino scire non poterit. Cum ergo
 tanta hæc disciplina sit condecorata, & abundas eru
 ditionibus uariis ac pluribus, nō puto posse iuste re
 pente se profiteri architectos, nisi qui ab ætate pueri
 li his gradibus disciplinarum scandendo, scientia plu
 rium literarum & artium nutriti, peruenerint ad
 summum templum architecturæ. At fortasse mirum
 uidebitur imperitis hominibus, posse naturam tan
 tum numerum doctrinarum perdiscere, & memoria
 continere. Cum autem animaduertent omnes disci
 plinas inter se coniunctionem rerum & cōcationem
 habere, fieri posse facilius credetur. Encyclios enim
 disciplina, ut corpus unum ex his membris est com
 posita. Itaq; qui a teneris ætatibus eruditionibus ua
 riis instruuntur, omnibus literis, agnoscunt easdem